Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deposo veniae mihi. Quia tu es deus fortitudo mea. quare me repulisti et quare tristis incedo dum affligit me inimicus. Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuventutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus. Gloria patri Sicut erat in principio.

Et sic preparatus veniens ante altare dicat Veni sancte spiritus cum v. et oratione Postea flexis genibus Ant. Salve Regina misericordie aut aliam de beata virgine competentem cum v. et oratione Sequitur

Sancti spiritus ✠ assit nobis gratia. Adiutorium nostrum in nomine domini Qui fecit celum et terram. Et introibo ad altare dei Ad deum qui letificat iuventutem meam Confitemini domino quoniam bonus Quoniam in seculum misericordia eius. Ego veniens